

“ est, vereatur nihil habens malum dicere de vobis. ” Ita fiet, ut non modo quid agendum sit videant populi, sed ut agant reipsa, ac tanquam Apostoli, sic et Vos sal terræ sitis ; hoc est, putore adempto peccatorum, qua semel imbuti per Vos fuerint homines, vitæ morumque integritas diutissime incorrupta servetur. Hæc sunt vota nostra, hoc freti virtute studiisque vestris, Deo adiuvante, confidimus consecuturos, ut erroribus vitiisque profligatis, pietate corroborata, induant fideles, ut hortatur Apostolus, “ sicut electi Dei sancti et dilecti, “ viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam supportantes invicem, et donantes “ sibimetipsis, sicut et Dominus donavit nobis : super “ omnia autem caritatem habeant, quod est vinculum “ perfectionis ; ” quod scilicet Christianas omnes simul iunctas secum fert, et conservat virtutes, atque hominem Deo coniungit, in quo tota hominis perfectio est. Hunc fructum sacri Iubilæi maximum ex Christi Iesu Dei ac Redemptoris nostri meritis, Sanctorumque omnium ut capere Vobis contingat laborum vestrorum ; huius ut Nos voti compotes faciat misericordiarum Pater et Deus totius consolationis per eundem Filium suum Redemptorem nostrum, cuius eadem fuit precatio cum ait : *rogo, Pater, ut unum sint sicut et nos*, quanta possumus animi contentione obsecrantes Apostolicam Benedictionem Vobis, et commissis curæ vestræ gregibus peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Octavo Kal. Ianuarii Anno incarnationis Dominicæ Millesimo octingentesimo vigesimo quinto Pontificatus Nostri Anno Tertio.

m imple-
fideliter
Episcopis
s facilem
præcepto
eosque ab
defendite.
Cathechis.
ant usuris,
ter, quod
nit.....(1)
ati vestræ
el ægritu-
que sexus
s ægrisque
iarem per-
sime accu-
populorum.
modo vigi-
ium bestia-
inæ pabulo
as, at exam-
dicta sunt
eat lux ves-
tra bona, et
est : ” quod
nos, tum ad
ndum illud
emplum bo-
in gravitate,
i ex adverso
s totque damnis